



Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Iubilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 7. An mortuo Pontifice, expiret gratia Jubilæi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

Deo reconciliationem , ut patet ex Bullis. Censendi igitur sunt nolle eos gravare supra quām verba, quibus uruntur, propriè sonant.

Hinc colliges, quomodo Bullæ, quatenus continent Indulgentiam plenariam, & favores eligendi Confessarium qui absolvat, & vota commutet, intelligendæ sint, scilicet latè : in quantum autem injungunt certa opera exequenda, suspendunt Indulgentias in Anno sancto, excommunicant aliquos, &c. strictè sint intelligendæ.

Atque duabus hisce resolutionibus innituntur plurimæ peculiares, quas in decursu afferemus.

Q. 7. *An mortuo Pontifice, expiret gratia Jubilæi?*

Casus hic contigit anno 1592. multumque fatigavit ingenia Theologorum; ut dicit P. Paulus Comitolus in *Responsis Moralibus l. 1. quest. 108.* quando mortuus est Innocentius IX. qui vixit in Pontificatu duos dumtaxat menses, quibus nondum exactis

indixerat, pro more Antecessorum, Jubilæum universale: quod quidem in quibusdam Diœcesisbus adhuc superstite Innocentio publicatum fuerat, sed necdum peracta omnia opera; in aliis vero ne quidem publicatum fuerat.

Posset etiam extendi casus ad Pontificem defunctum interea dum in aliquâ Diœcesi ob certas rationes diutius esset dilata ejus Jubilæi publicatio. Nunc ad quæstionem.

R. I. Generatim; Non expirat gratia Jubilæi, si causa, ob quam concessum est, persistat post mortem Pontificis, & nihil aliud peculiare obstet. Ita cum Comitole suprà, sentit Gobat cap. 46.

Ratio est: Quia Jubilæum est gratia facta. Atqui gratia facta non expirat morte facientis seu concedentis; ut patet ex Cap. Si super gratia, De Offic. & potest. Iudicis delegati, tit. 14. in 6. & Regulâ Juris 16. in 6. Decet concessum à Principe Beneficium esse mansurum.

Et vero manifestum est ex praxi,
alias

S. i. De nom. naturâ, &c. Jubilai. 39
alias quasvis Indulgencias, sive perso-
nales, sive reales, perseverare post
mortem Pontificis, aut alterius con-
cedentis, nisi quid aliud obstat.

Hinc etiam (ut obiter dicam) pri-
vilegium datum Ordini Religioso ,
vel etiam particulari personæ, exci-
piendi confessiones, absolvendi à re-
servatis, eligendi Confessarium, non
expirat morte concedentis. Quia
nempe facultas illa est gratia & be-
neficium actu concessum.

Unde etiam in praxi videmus, ait
P. Arsdek in Theslog. tripart. p. 3. tr. 2.
c. i. n. 9. Sacerdotem in Cooperato-
rem à Parocho assumptum, eo defun-
cto pergere in administratione offi-
cii, quamdiu à novo Parocho non re-
movetur.

R. 2. Si causa principalis (solet au-
tem hac haberi in Rubricâ seu titulo
Bullarum) ob quam Pontifex con-
cessit Jubilatum, non subsistat post il-
lius mortem; ut, si spectavit Pontifex,
in eo concedendo . Impetrationem
Divina opis ad rectè gubernandam à

sc

40 P. I. De Jubilæo in genere.

se Ecclesiam; tunc non potest, per se
loquendo , post illius mortem illud
Jubilæum obtineri. Comitulus suprà
cum præstantibus Theologis, & cum
eo Gobat n. 342.

Ratio est : Quia tunc opera quæ
erant præscripta, non possunt impleri
ad intentionem, quam præfixerat &
declararat Pontifex: & remotâ causâ
removetur effectus, ut ait S. Thomas in
4. dist. 20. a. 5. esto persistant aliæ cau-
ſæ secundariaæ, seu impulsivæ.

Talia autem sunt Jubilæa , quæ
concedere solent Pontifices universæ
Ecclesiæ initio sui Pontificatus, ut il-
lud Innocentii IX. & aliorum.

Unde in hoc casu , non censetur
gratia facta omnino absolute, sed cum
tacitâ determinatione ad tempus vitæ
Pontificis.

Q. 8. Quid censendum de absolutioni-
bus & commutationibus interea factis
cum ignorantia mortis Pontificis?

R. Existimat Comitulus n. 4. ejus-
modi absolutiones & commutatio-
nes esse invalidas: at Gobat n. 344.
cen-